



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tio facta, debet is eam insinuare Reo, in
 faciem, aut eo non reperto Procuratori
 eius si quem reliquerit, aut domesticis, vel
 si nemo adsit vicinis eius, relicto ibidem
 suæ commissionis exemplo, ut ad reum
 citatio perveniat. *L. 2. in princ. ff. de agnos:
 lib. cap. causam 3. de dolo.* Quod si citandus
 plures ædes habeat, executio citationis ad
 eas ædes fiet, in quibus majore parte an-
 ni egit, arg. *Clem: causam. ibi In domo quam
 &c. de elect.* Si autem æquali tempore in o-
 mnibus habitaverit, citabitur ubi citatio-
 nis tempore agit: quâ citatione executio-
 ni mandatâ, relatio nuntii fieri debet, ut
 actis inferatur, & huic fides datur ob jura-
 menti religionem quâ Judici adstrict⁹ est:
 quanquam asserenti se ex mandato judi-
 cis citasse non credatur, quia ei solum de
 facto suo quale est executio, non etiam de
 facto alieno, cuiusmodi est commissio Ju-
 dicis, creditur. *Gail: cit. lib: 1. obs: 54. n. 4.*

6. Quod ad effectum citationis attinet:
 I. ea citatum constringit ad comparen-
 dum, nisi justâ exceptione se tueatur: ut
 quod Magistratum gerat, quod sit Parens,
 vel Patronus, quos sine permisso Præto-
 ris in.

ris in jus vocare non licet, vel quod propter loci religionem inde se movere non possit, quodq; funus ducat, aut iusta defuncto persolvat, vel aliâ simili causâ, de quibus latius videre licet. *L. 2. 3. & seq. ff. de in jus voc: 2.* perpetuat Judicis delegati jurisdictionem. *cap. 10. de off: deleg:* Et ideo si quis postquam citatus est, alterius fore esse cœperit, in ea causa regulariter jus revocandi domum non habet. *L. si quis postea 7. ff. de jud: cap: proposuisti pœn: h. t. 3.* Præscriptionem interrupt, etiam triginta añorum. *L. Fin: C. de annali. exceptione.*

7. Vocari alii omninò non possunt: alii non sine venia: illi enumerantur. *L. 2. & 4. sup: ff. de in jus voc:* Horum mentio fit cit: *L. 4. §. 1. ff. de in jus voc: L. 2. C. eodem.* & sunt Patroni, Parentes utriusq; sexus: Parentes, Patroni, Liberi, uxor, & hæredes eius licet extranei. Hanc edicti partem Accursius & alii ad Socerum & Socrum, ad vitricum & novercam, ad maritum & vasallum extendebant: quia generaliter vocari prohiberentur in jus, omnes personæ, quibus reverentia debetur. *L. generaliter de in jus voc:* Sed meritò
displi-